



## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Ioannis Azorii Lorcitani, Societatis Iesv Presbyteri  
Theologi, Jnstitvtiones Morales**

In Qvibvs Vnivers[a]e Qvaestiones ad Conscientiam recte aut prauè  
factorum pertinentes, breuiter tractantur

**Azor, Juan**

**Coloniae Agrippinae, 1612**

29 De actionibus, quae ex empto, & uendito, oriuntur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14014**

pugnet. Ratione insuper publicæ necessitatis, penuria, & famis, compelli quis potest ad vendendam rem suam, Bartolus, Baldus & alij. Vnde ciues adiigi queunt ad vendendum conciubibus frumentum: Et datur facultas conciubibus retribuendi, vel redimendi frumentum venditum extensis: dummodo tanquam redimant, quantū exteri offertunt. Bartolus, & alij apud Costruam.

Hinc est, vt ciues prohibeantur annonam extrahere, & extens vendere. Pratorum itidem editio in annonæ cauitate solet inscribi quantum sit frumentum singulorum ciuium; vt quicque habeat, quod sibi iuxta que familiæ est necessarium, & quod supererit, vendat; & ita habeant alij, quod ferant, & quo vitam suam sustinent.

Præterea, vt via publica, vel forum stenatur, extrahatur, reficiatur, minuatur, vel amplificetur, potest quis adstrin-  
gad tuas res vendendas.

Tertio quæritur, An iure quis cogatur ad emendum aliiquid? Certe Respublica, vel Princeps potest id facere: accidit enim non raro, vt in annonæ penuria frumentum emat ad egestatem ciuium subleuandum: & deinde vii venit, vesti annonaç copia & libertas: tunc, ne Respublica qui frumentum emerat, damnum patiatur, potest ciues compellere ad illud frumentum emendum, vt le ipsi Respublica seruet indeminem, ac sic publicum aratum conseruet.

Verum hinc existit quæstio, An Reipublice ius sit vendendi tuac ciuibus frumentum eodem pretio quo emerat: Ratio dubitandi est, quia emerat Caro, & nunc ad copiam annonæ, communiter vili frumentum astimatur. Respondeo, penes Rempublicam, ius vendendi tanudem, quam emerat, quia id sit gratia ipsorum ciuium, vt aratum commune conferuerit. Fiet autem id commode, si frumentum distibuoatur in ciues, et quicque emat plus, aut minus frumentum, quo maiorem, aut minorem familiam, & facultates habet.

#### De Monopolis. Cap. XXVIII.

**D**ebac te Angelus in verbo emptio num. 28. & in verbo Ans. in num. 1. & in verbo. Negotiatum num. 2. Restitutio secundo versu. Lædens proximum, num. 3. Gabriel in 4. Distincti. 1. quæstione decima, articulo primo, Rosella in verb. emptio. num. 23 & 24. Sylvestri eosdem verb. quæst. 13. & in verb. Negotiatum, quæstio. 2. Casio 6. Restitutio 3. quæstione duodecima num. 8. Sotus libro sexto de iustitia quæstione prima, articulo 2. & 3. Medina de Re. restitutio quæstione triginta verso 6. Nadari in Manuscripto. cap. 23. num. 9. Monopolia Multipliciter exercentur.

Primo, quando conuenit inter mercatores, vel alios creditores, ne quis eorum vendat merces nisi certo quodam pretio, quod ipsi statuerint: Aut quando conuenit inter emptores, ne quis eorum emat plures, quam ipsi decteuerint. Auctores horum Monopoliorum pauciorum ex his, & publicatione bonorum, l. 1. c. de Monopol. qua gradi mons Rempublicam afficiunt, eo quod metes Catiore sunt, & annonæ penuria, & caritas inde existit. Item sequitur conuentum debet isti damnæ relatare, cum eorum cauila merces plures venduntur, vel minoris emuntur quam valent.

Secundò, quando omnes, aut plures merces unus solus mercator, aut etiam duo, vel tres emunt, vendende vendant eo pretio quo ipsi voluerint cum penes ipsos merces solummodo repeterant. Vnde legibus cautele Princeps consueuerunt, ne quis plus annonæ emat, quam sit necessarium sibi, siveque familiæ. l. legi Iulia, ff. Ad legem Iuliam de Annona, prohibere quoque solent, ne quis merces ad victum necessaria emat, vt eas iterum vendat.

Tertio, aliquando mercatores merces seruant usque ad

id tempus, quo ciuios venduntur: cuius iei cauila nonnumquam fit, vt merces præce & rate inveniantur.

In quo etiam grauiter peccant prædicti monopoliorum auctores, si ita seruant merces, vt inde penuria & charitas exilat.

Quarto, mercatores interdum impediunt, ne alii merces aduehantur, vt suas canus vendant, l. legi Iulia ff. Ad legem Iuliam, de Annona. Qui ex te etiam fit, vt ciuios merces euident, non leui sane incommodo ciuium ac universa Respublica.

At dubie quæstionis, An licet Princeps, vel Respublica priuilegium concedat certis quibusdam venditoribus, ut alii præter ipsos certum quoddam genus mercurium non vendant: Respondeo, licet ab ipsis concedi id genus monopoliorum, dummodo id priuilegium gratis concedatur, & premium taxetur, ne venditoribus liberum sic eo pretio dece, quo ipsis libuerit.

Item si desinet in Respublica certarum quartundam merces venditores, Princeps, vel Respublica potest priuilegium dare his, qui se obtulerint ad eas merces vendendas, quæ sunt Respublicæ utilites auxiliariae.

Si toges, an pecem iij, qui à Princepe, vel Respublica impetravit priuilegium, ne alii præter ipsos, merces qualidam vendant: Respondeo, minime, nisi eorum cauila penuria & charitas subsequatur. Solent haucmodi interdum priuilegia impetrari, quando merces solum pertinent ad humanas delicias, veluti lusum, ornatum, & pompam. Quando idem quis suis ippensis, industria, ingenio, peritio, & labore metes comparauit, aduexit, & seruauit.

#### De actionibus, que ex empto, & vendito, oriuntur.

##### CAPVD. XXIX.

**P**RIMO quæritur, quot actiones ex empto, & vendito nascuntur: Dux nascuntur, una quæ dicitur Actio ex empto, Altera, actio ex vendito.

Prima conuenit, soluto iam pretio, emptori aduersus venditorem, vt tradat rem venditam cum suis fructibus, post moram, & alius ad rem ipsam pertinetibus, l. Iulia, ff. Afferri, & ex vendito, & l. ex empto, ff. De Action. emp. i.

Secunda, competit Actio venditori aduersus emptorem, vt consequatur ab eo, quia praefata ille iure ipso compellitur, videlicet premium, & viuras pretij, l. Gurabit. C. De Actionibus empti. In qua actione veniunt premium & damna, si qua pars est venditor ob moram, & culpam emptoris qui pretium tempore præsumpto non soluit.

Secundò quæritur, An in prima Actione aliae actiones comprehendantur? Tres continentur actiones. Prima, quæ dicitur evictio, quia si venditur non erat dominus tei venditor, & res evictur, hoc est, à domino per legitimam probationem in iudicio vindicatur, tunc emptor agit contra venditorem, vt premium sibi refutuat, & quequid sua interest.

Altera est actio redhibitoria, qua emptor agit intra sex meses, aduersus venditorem, vt venditionem reclinat, eo quod vendidit rem aliquo occulto vitio affectam: de qua actione in l. 1. & sequentibus ff. de adulatio edito. Redhibere, est, facere, vt ius habeat venditor, quod habuerat, & quia id factum reddendo. Redhibitor est appellata, quæ si Reddito, l. Redhibere, ff. de adulatio edito. Vnde redhibitor est venditionis resolutio. l. ex empto, ff. Redhibitoris. ff. de Actionibus empti. Itaque redhibitoria actio erat ædilitia, vt venditor, quod vendidit, exciperet propter vitium, vel morbum tei venditor. Tertia actio vocatur, de prescriptis verbis, qua emptor agit contra venditorem, co- quod non fecerit pactis in venditione apponitis.